



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

312. De prodigiis in morte Domini.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

& imposuit arundini, & dabat ei bibere. *Matthæi 27. & 48.* Dicens: Sinite, videamus, si veniat Elias, ad deponendum eum. *Marc. 15. & 36.* Cæteri verò dicebant: Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. *Matthæi 27. & 49.*

III. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. *Ioan. 19. & 29.*

MEDITATIO CCCXI.

Christus commendat spiritum in Patris manus, & exspirat.

I. **C**Um accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. *Ioan. 19. & 30.*

II. Iesus autem iterum clamans voce magnâ, *Matth. 27. & 50.* ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. *Luc. 23. & 46.*

III. Et inclinato capite, tradidit spiritum. *Ioan. 19. & 30.*

MEDITATIO CCCXII.

De prodigijs in morte Domini.

I. **V**elum templi scissum est medium. *Luc. 23. & 45.* In duas partes, à summo usq; deorsum, *Matth. 27. & 51. Marc. 15. & 38.*

II. Ter-

D. N. IESV CHRISTI. 287

I I. Terra mota est, & petrae scissae sunt.
Matth. 27. & 51.

III. Monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. *Matth 27. & 52. 53.*

MEDITATIO CCCXIII.

Confessio innocentiae, & divinitatis D.

N. IESV Christi.

I. **V**idens Centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo justus erat. *Luc. 23. & 47.*

II. Videns Centurio, qui ex adverso stabat, quia IESUS sic clamans exspirasset, ait: Verè hic homo filius DEI erat. *Marc. 15. vers. 39.*

III. Centurio, & qui cum eo erant, custodientes IESUM, viso terrae motu, & his, quae fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius DEI erat iste. *Matth. 27. & 54.*

IV. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, quae fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. *Luc. 23. & 48.*

ME-